1463. in 1bri Ex Orig. Arch. Regni.



210

# Super tenutam Juniovladislaviensem Privilegium nobili Hincz à Casimiro Rege datum.

Casimirus Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithvaniae, Russiae, Prussiaeque etc. dominus et haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis. Quomodo attentis altae fidei meritis et sumptuosis obsequiis magnifici Hincz de Boiano Castellani Sandomiriensis et capitanei Juniovladislaviensis sincerè nobis dilecti, quibus maximè optimum et tutelam confiniorum partium Cuiaviae se nobis gratum reddidit et acceptum. Horum intuitu volentes eum reddere consolatum, et ad nostra et Reipublicae obsequia impost reddere promptiorem, sibi ducentos florenos Hungaricales ratione dictae tenutae nomine Juniovladislaviensis nobis debitorum, necnon centum florenos similiter Hungaricales ratione Stationis, quos nobis pro anno proximè futuro à festo Circumcisionis Domini proximo inchoando solvere tenetur indulgemus, ab eorumque solutione dictum Hinczo, castellanum absolvimus et quittamus per presentes quibus in hujus rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Datum Lovicie feria quinta,

die

die Conceptionis Mariae anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

Ta Kopia przepisana iest z oryginału pargami nowego, dnia ósmego miesiąca Lipca roku Pańskiego 1785, od tego Oryginału pieczęć iest oderwana.